Fragmentarium

exiuit ipse et sui arrepti a demonio. per mon-
tana et campestria vagi et profugi subsiste-
bant et quomodo ipse rex in porci figuram muta-
tus est. et quomodo sanitatem accepit a de-
mone et corporis ipse cum suis a beato gregori-
o abstracto de puteo. Narravit quoque
virtutes et miracula que deus per sanctum
gregorium operatus est. Constantinus itaque
devotissime expetens ab eo benedicti-
onem. Et exurgens narravit quod ipse in pre-
sencia tiridatis et beati gregorii et omnium
circumastancium quoniam ex eo quod persecutus fue-
rat ecclesiam dei. elefantiosus est effectus.
et post eam per apostolicam visitationem quam sibi de-
us ostenderat. a sancto silvestro baptiza-
tus factus est sanus. Capitulum iii.

Rex quoque gaudio et immensus populus agebat
gratias deo. quod per toti mundi clima-
ta nomen eius receptum fuerat. firmantes
inter se firmam et inmutabilem amiciciam.
Mirabantur quoque quibus beatus gregorius.
post tot tribulationes viveret. Et datis
multis et immensis donis beato gregorio et
regi tiridatio et sociis a constantino impera-
tore. et a sancto silvestro et ab omnibus suis condu-
xerunt eos longe extra urbem. et osculantes
se ad invicem. constantinus cum suis romam.
et tiridatis cum suis. et sic in fastigio hono-
rifice in reversus est in armeniam. Ab omni-
bus enim ante transitum habebant et munera
et honores excipiebant et intrantes patri-
am ararath et civitatem. Valarsapath.

opulentum ecclesiis ubi iacebant sancte vir-
gines queque preciosa. que erant utilia et
ad ornatum ecclesiarum in auro et argen-
to et gemmis preciosis. de his que secum asport-
averant. Sanctus autem gregorius ibat per to-
tum regnum armenie. visitando ecclesias
dei. confirmando populum. in fide christiane religionis.
Hec in armenia gerebantur. Capitulum iiii.

Sed et tempus. Venerabilis constantinus
imperator. ut omni mundo innotesceret.
quod ubique christianus et predicator et defensor esset ec-
clesiarum. de omnibus orbis climatibus fecit conve-
nire in nicena patriarchas. archiepiscopos et
episcopos. abbates. duces. Principes. ma-
gistros. satrapas magistratus et univer-
sos sapientes. ut congregata magna syno-
do sapientium et ecclesiastice regule. sacri
canones ab ipsis promulgarentur. in qua
et ipse residens publice se exposuit verum esse
christianum. Ubi quoque interfuit sanctus Erostacis e-
piscopus de missione regis tiridatis et beati gre-
gorii patris. Sed celebrata synodo. u-
nusquisque cum regulis ecclesiasticis et synoda-
libus et canonibus a sanctis patribus edictis. re-
pedavit ad propria. Et sanctus erostacis re-
versus est in armeniam. offerens regi et suo
patri beato gregorio. et suis coepiscopis. eccle-
siasticas regulas. et sacros canones et sym-
bola. que de nicena synodo asportaverat.
Quibus. et suo quoque sacro eloquio omnium sci-
enciam veteris et novi testamenti farci-
to. et sancti spiritus septiformi gratia repleto. et

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/52, fol. [1]v – Legendary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hcpv/6662/56312)